 neficiū ab ipso dño n̄o sanctissimo. Qui etsi fecit qd̄ debuit. honozādus est tñ iu-  
 uandus ⁊ tollēdus q̄ hoc t̄pe nobilitatis cultor ⁊ cōseruator existit. Verū cum  
 eccliam ratispanen. q̄ olim florētissima fuit ⁊ a p̄genitorib⁹ v̄ris fundata magnis  
 opib⁹ abundauit: iā paupem: ac pene ruentē ⁊ vndiq; lacerā eē intelligam⁹: nobili-  
 tatē v̄riam rogamus obnixe. vt postq; ad man⁹ v̄rias redit ⁊ caro v̄ia illi p̄est. ita  
 efficere velitis vt palā oibus fiat vos nō v̄bo sed ope ipsius ecclesie. p̄tectors ⁊  
 aduocatos existere. Sit vobis cōmendata deri libertas: date opam vt distracta  
 ⁊ impignozata bona ipsi⁹ ecclie absq; grauamine deri recuperent. Sit ipse ruptus  
 ouis suarū nō lupus sed pastor: sit canonicorū ⁊ aliorū clericorū nō tyrānus sed pa-  
 ter. Meminerit qz iubet ap̄lus vt nō dñemur in clero: sed tāq; forma facti gregis  
 ecclie p̄sideam⁹. Nouerit nō se ecclie sed eccliam sibi cōmendatā esse. Cōmenda-  
 mus deniq; etiā excellētie vestre ven. crabilem henricū de babsperg. cuius electio nō  
 suis demeritis: sed p̄pter d̄missas iuris solēnitates reiecta est. dignus est certe cui  
 ruperto ⁊ qui res suas gerūt nō insultēt sed cōpatiant: nō iniurient sed feueant  
 potius ⁊ ipsum ament. Est em̄ vir bonus cuius nobilitati ingenui cor̄respondent  
 mores. Etenim manifesta est nobis eius p̄bitas. Nā lz multa in eū quęsita sunt  
 testimonia ad eius famā denigrandā. nemo tamen repertus est qui eius bo-  
 nitate detraxerit. Passus est vir bonus nō modicā iacturā. Venit romā cū graui-

bus expensis. fuit hic ea pte anhi qm̄ est ardentior ⁊ piculofior. Aer. ⁊ p̄pessus ē cō-  
 plures labores: ⁊ tandē succubuit. Prosequebat̄ cam̄ suā. quieserat bonorē quē  
 sibi debitū existimabat. Fecit quod ceteri mortales agunt. Nā quis est qui elect⁹  
 in episcopū alicuius ecclesie nō conet̄ electionē suā tueri: ⁊ a summo pōtāfice con-  
 firmationē suā obtinere. Qui c̄patum querit inquit apostolus bonū opus que-  
 rit. Verū ea vsus est modestia: ea grauitate in suo iure prosequēdo. vt nulli vnq̄  
 bonori detraxerit. nullius fame p̄iudicauerit. nullius p̄sonā in discrimen adduxe-  
 rit. Idē fecere ⁊ qui cū eo missi sunt a capitulo. Testes nos sumus coram quibus  
 causa agitata. Tantū est quīs in electū ipsum ⁊ eligentes nōnulla crimina obijce-  
 rent per procuratores ruperi. Ipse tamen electus ⁊ sequaces nihil aliud questi-  
 uere q̄ se purgatos atq; innocentes ostendere. De rupertō nihil vnq̄ reprehen-  
 sione dignum dixere. Sed tam ipsuz q̄ p̄genitores suos ⁊ excellentias vestras:  
 ipsamq; bauarie domū cū magna veneratione cū summa reuerentia ⁊ singulari  
 quadam maiestatis nōminauerūt. Quibus ex rebus iustum ⁊ supra q̄ iustum esse  
 putamus vt eundē henricū ⁊ qui cū eo venire cōmendatissimos suscipiatis. eisq;  
 fauentes ac consilijs assistentes ⁊ auxilijs quod est verē nobilitatis erga eos oste-  
 ndatis: que vicisse contenta non insultat victo sed victum sepe iacentem eleuat et  
 in partem felicitatis assumit. Nec pro nostra erga vos charitate ⁊ indyctā tomū  
 vestram affectione dixisse volumus: quīs sciremus nobilitatē vestrā quod scri-  
 psimus per seipsam id fuisse facturam. Datū Rome die quarta septembris. An-  
 no. M. cccclij.

## Epistola. ccxc.

De eodem.

**E**neas cardinalis senensis Ottoni ⁊ Ludouico bauarie ducibus. S. p. d.  
 Annuit sanctissimus dominus noster p̄abus vestris ac ratispanen. eccle-  
 siam reuerēdo patri dño rupertō filio ⁊ nepoti vestro cōmendauit. Vo-  
 luisse apostolica pietas eam ecclesiam multo maiore ⁊ ditioze fuisse: ⁊ talem que  
 nobilitati ⁊ moribus ipsius ruperi satisfaceret. Sed quiscūq; est recipi debet ala-  
 cri animo: ⁊ habende sunt ingentes gratie eidē dño nostro: qui valde libere deside-  
 rio vestro studuit complacere. Cōmendam⁹ igit̄ excellentie vestre ecclesiaz ipsaz  
 ⁊ clerum eius: quīs certi sumus fundatiōē progenitorū vestrorum in manibus  
 vestri sanguinis constitutam felicibus incrementis augendam esse. Insuper qz  
 venerabilis vir henricus de habspurg qui fuit electus a capitulo in prosecutione  
 iuris sui modestissime se habuit: idemq; fecerunt qui cum eo missi fuerunt ad con-  
 firmationem electionis petendam. dignum censemus vt eos benigne recipere ⁊  
 tractare velitis. non permittentes eis aliquā inferri molestiam vel iniuriam. Nā  
 cum ipsi tam de p̄fato rupertō q̄ de vobis ⁊ in dicta tomo bauarie cum summa  
 semper veneratione locuti sint. ⁊ prosequēdi ius suum honestam modestiaz ha-  
 buerunt. non esset propterea iustum eos iacture aliquid ferre. Scimus nec per se  
 nota esse prudentie vestre ideo non plura scribimus. Tm̄ rogamus vt si qui sint  
 qui eos in conspectu vestro criminari voluerint tanq̄ litigando in hac curia bo-  
 nori vestro detraxerint: nolite illis credere: sed nobis potius fidem prebere corā  
 quibus est causa agitata ⁊ qui vobis scripsimus. Datum rome die. viij. septēbris  
 Anno. M. cccclvj.

Grates refert de p̄motione ⁊ ef-  
 flagrat iterum promoueri. Refert  
 etiā nouitates vrbis.

## Epistola. ccxcj.

**E**neas cardinalis senensis Imperatori frederico. Salutem plurimam di-  
 cit. Accepi superioribus diebus litteras tuas super negocio concernen-  
 te reuerendū patrem episcopū laurieñ. Introduxi ad sanctissimū dñm

ho. trū nūtiū tuū. obtinui lras fieri fm desiderū maiestatis tue quas idem nūti-  
 cius apportabit. Supplico serenitati tue digneris ita facere vt capitane⁹ in vorcb  
 rensteyn non sit nimis onerosus illi ecclie laurich. qz reuera multum exorbitat ⁊  
 grauat derū. tua maiestas sp pia fuit ⁊ sacre religioi affecta. Cōtinuet in hac sua  
 gloria tua pietas nec patiat a suis officialib⁹ vexari derū quē sp misericordie tra-  
 ctauisti. Nec dico qz cupio sp bonozi tuo bñ cōsultū eē. Accepi ⁊ alias lras q̄s in  
 facto ratisponen. ecclie trāsmisisti. rupto fauētes iā ille p̄motus erat ad ip̄az ec-  
 clesiam qz repta fuerat electio capituli inualida. Cā mibi cōmissa erat. Et ego in  
 psistorio relationē fecerā. Postq̄ dñs n̄ p̄siderauit scripta q̄ pri⁹ tua maiestas  
 miserat fundata sup electioē canonica. nō dubitauit qn̄ ca repta inualida p̄mo-  
 tionē rupti cōmēdare qd̄ ego etiā ita putauī futurū. Et ita cōplacitū ē illi nobi-  
 lissime domui. Insup gr̄as ago maiestati tue. p̄ lras sanctissimo dño n̄ro ⁊ sacro  
 collegio sup facto varien. ecclie in meū fauore missis. Nūc cū idē dñs n̄r eccliam  
 illā mibi cōmēdauit. supplex oro vt digneris lras oportunas i dona forma scribe-  
 re ad serenissimū polonie regē. subscribēdo illas manu pp̄ria: vt maior videat affe-  
 ctio: rogātes eū vt p̄curatorib⁹ incis possessionē ipsi⁹ ecclie assignari faciat. Veni-  
 et em̄ infra paucos dies vn⁹ ex p̄curatorib⁹ ip̄is ad serenitatē tuā p̄ lras accipien-  
 dis quē cupio celeriter expediri. De nouitatib⁹ baruz p̄tiū hoc t̄m modo scribere  
 possū. Rex aragonū maximā ⁊ potētissimā bz in mari classē minat gēnū s̄ib⁹  
 Sz ⁊ alijs q̄ plurib⁹ terrore incutit. Comes iacob⁹ picannus cū exercitu regni⁹  
 apulie exiturus est p̄pe diē. Dicit se p̄tra sigismundū maletestā arma sumpturum  
 sūt t̄m qui senesib⁹ ⁊ qui ecclie romane timēdū putāt. Arini ⁊ comes euerlus in se  
 cōtendunt. nec finis pōt inueniri discordie. Cardinalis de vsinis quasi papaz  
 timeret ex yrbe iam p̄dē recessit: ⁊ inde simultates nō pauce exorte sunt in ip̄m  
 ⁊ romanū p̄sulem. Diffus est t̄m mō p̄ collegiū cardinalis sancti marci. qui eum  
 aplice pietati recōciliet. Nescio quis fructus sequet. Nō sumus sine piculo in-  
 stini belli si vsinorū domus implicata remāserit. Ex oriēte nouitas allata est fra-  
 trem cardinalis portugaliē. veneno peris̄se in cyp̄o: q̄ regnaturus eo. p̄fectus  
 erat ac filiā regis duxerat. Turcoz classis mitheleuā in sulam conatu vexatura  
 fert: sz auxilio illi erit legatus aplicus cū triremib⁹ suis ⁊ rhodiēsi manu. Alia q̄  
 scribā nō habeo. Cōmēdo me humillime sublimitati tue ad cui⁹ mandata sp ero  
 paratus. Ex roma die. xj. septēbris. Anno dñi. M. ccclvij.

## Epistola. ccxcij.

De eodem.

**E**neas cardinalis senen. Ladislao regi hungarie. S. p. d. Que scripsisti mi-  
 bi sup negotio vratslauen. electi. curauī atqz diligent̄ pegi: q̄uis res eēt  
 difficilis ⁊ pecuniaria. Gestus est mos tue serenitati ⁊ remissa ē electo ma-  
 gna pecunie ps. Laborauī vt satisficeret desiderio tuo circa ratisponen. eccliam ⁊  
 obtēta ē tua voluntas. Prefect⁹ ē em̄ illi ecclie illustri s̄n ceps rupe⁹ bavarie dux  
 cōsan guine⁹ tuus: su ego in ea cā cōmissari⁹: ⁊ quē admōdū debui conatus suz eā  
 relationē facere q̄ cū veritate eidē rupto vtilis eēt. Feci id libent̄ qz intelligebam  
 me sublimitati tue. simul ⁊ indite domui bavarie cōplacere: ⁊ ecclie illi bñ p̄sulerē  
 nec de h̄ plura. Verū serenissime rex cū tua pietas dignata fuerit dño n̄ro pape. p̄  
 me scribere atqz instaur̄ supplicare vt ecclia varniēn. mibi cōmēdaret. idqz iā fa-  
 ctū est rogo ⁊ supplico vt ceptū cōtinuās bñficiū: serenissimo regi polonie forozio  
 tuo vixogen scribere digner. p̄ possidēde ipsi⁹ ecclie meis. p̄curatorib⁹ dāda quē  
 admōdū henricus sentleben decanus vratslauen. tue sublimitati latius declarā-  
 bit necessariū esse. Idē etiā celsitudini tue nouitates barz partiū quas sibi scribo  
 seriosius exponet. Nec aliud imp̄sentiarū nisi q̄ me tue sublimitati ite rū atqz ite  
 rū cōmēdo ad eius semp mandata paratū. Ex roma die. xj. septēbris. Anno dō  
 mini. M. ccclvij.

Ortat vice sua promotiones prin-  
cipum ad regē polonie impetrare.

## Epistola. cccxiij.

**A**reas cardinalis senensis henrico senstleben. S. p. d. Scripsisti nobis his diebus frequentes litteras pro quibus gratias agim<sup>9</sup> tibi: qui veri et opti mi amici officium impleas. Intellexerimus illarū disturbia partium. Dole mus principes vestros non tam se beniuolentia q̄ sanguine contingere. Cuius rei causam non ipsis ascribimus sed illis quorum voces pre ceteris audiunt. In fortunū est hoc nostri temporis vt tunc potissime diuisi simus cū expeditur ma- rime esse unitos: sed dabit deus his quoq; finem. Pro electo vtratislauiē. labora uimus diligenter: et tandē confecimus quod petebat. Nam tria milia ferme du- catorū remissa sunt. In qua re intelliges ex wenceslao que fuerint partes nostre. Rogamus uelis esse cum maiestate regia et ab ea litteras oportunas impetrare ad serenissimū polonie regem et alios vt opus vt opus esse putabis duplicatas. Nam ipse wenceslaus offert se iturum nomine suoz dominorū in poloniam: et nos statim mittemus bartholomeū canonicū variniē. cum litteris et procuratorijs oportu nis: et necessariū est q̄ ambo habeant litteras regias. Nam nos eisdem duobus per hos dies non parū obsequiū fecimus: qui pugnātib; fere ceteris cardina libus: sanctissimo dño nostro suauissimus consanguineus eozum rupertum ad rati- spanē. ecclesiam. prouendū esse: cum essemus cōmissarij et alterius electionem inuenissemus non ualere. Mittimus tibi litteras credentiales quarū vi goze po- teris eis supplicare vt tibi assistant ad regias litteras impetrādas. Pro copio et ni- colao scribimus quos arbitramur suos fauores non negaturos. Cardinalem sc̄i angeli uellemus apud se esse vt eius summa prudentia lites australice cōponerē tur. Rogamus vt nostras litteras sibi transmittas. Et deniq; cures vt ueniētib; dictis wenceslao et bartholomeo littere que necessarie sunt in promptu habeant. De nouitatibus barū partium pauca sunt que scribere possum<sup>9</sup>. Eaq; sunt h̄mōi uel supra in littera imperatoris. Vale optime ex roma die septima septembris. Anno. M. cccclvij.

Petit patrocinari vt promotio  
regis impetretur.

## Epistola. cccxiij.

**A**reas cardinalis senensis Procopio cancellario bobemie. S. p. d. Quis raro nobis scribis. Ex nicolao tamen simulq; henrico senstleben intelli- gimus te veterem erga nos beniuolentiā retinere et omni officio veri amici satisfacere: nō repetimus que pro nobis fecisti. Sunt cū plurima: nec nos bi su- mus qui referre gratias ualeamus. Illud tamen quod possum<sup>9</sup> facimus: redamamus magnificentia tuā: et animū habemus paratū omnia facere que tibi gra- ta sunt et nobis possibilis. Id ostendemus si quādo p̄ venerabili germano tuo p̄- posito vice gra den. aliquid acciderit quod tibi utile futurū putem<sup>9</sup> et in nra p̄tate consistat. Interea rogamus te vt p̄seueres in officio charitatis et tui enee semper memineris. In sup̄ qz mittemus propediē procuratores nostros cū lris apostoli- cis ad capiendā possessionē variniē. eccleie si saltē haberi poterit. Rogam<sup>9</sup> ami- citiam tuā vt eas litteras impetrare uelis a regia maiestate quas henricus predi- ctus dixerit oportunas. Nam tantū pondus huiusce rei consequens deū serenissi- mo rege ipso hungarie atq; bobemie cōsistit: et qui cepit perficiat. Erimus in ter- num sue maiestati et tibi obligati. Quippe qui ecclesiam eam suo et tuo fauore ob- timuerimus. Conati inq; semper sumus nos gratos offendere. Credimus cardin- alē sancti angeli iam apud vos cōstitutū eē. Quod si ita est cōmēda nos sue di- gnitati tāq; patri ueneratū dignissimo. Que sūt apud nos noua scribim<sup>9</sup> ipsi hen- rico tibi cōicanda. Vt et apostolica mens desiderio exterminādi thurcos s̄ prin- cipes xpiani inter se disidentes pium propositū prosus deserunt. Deus melio- ra prebeat: quod speramus. Vale optime. Ex roma die. xj. septembris. Anno do- mini. M. cccclvij.

hortat concordie Imperatoris  
et regis hungarie intendere.

Epistola. cccv.

**A**reas cardinalis senensis Johanni cardinali sancti angeli. S. p. d. Bre-  
ues more tuo scripsisti ad me nuper epistolas. Audi eas libeter quia signi-  
ficabant te ex bosna reuersum prope hungariam degere: ac bene valere  
quod pre ceteris tibi iocundissimum fuit: Spero hec scripta mea repertura esse in  
austria personam tuam: inter mitiores gentes. Atina ita fiat. Max presentia tua  
futurum opinor: vt principes illarum partium prozulus componant. At effi car-  
dinalis papien. se cum anno superioru ageret in austria omnes lites inter impato-  
rem et regem hungarie adeo attenuasse: vt parum ad integram concordia super-  
fuit. Composuisset omnino partes ipsas vt est opinio: nisi coactus fuisset nure-  
bergam ascendere. Existimo igit haud dubie dignatione tuam fide debito termi-  
naturam quod ille infectu reliquit: si tamen ita est vt compositioni tam parua vt  
referunt res defuerit. Atcuq; sit laborandū est eo negotio. Nec minus erit co-  
posuisse imperatorem et regem q̄ thurcu deleuisse. Et ego quidem hanc coronaz  
tue dignationi auguro et opto. Mouitates harum partium non dubito intelligis  
ex aliorum litteris. Ex me tamen hec pauca habere. Rex aragonum maximam ha-  
bet in mari classem galearum supra. xxx. magnarū oncrariarū septem: minorum  
nauigiorum q̄ plurimum. Dicit se iturum in catholonia vt inde fortior redeat con-  
tra thurcos. Indefactum est vt rex portugalie aduentum suum suspendit. Be-  
nenses hanc regis classem contra se armatam putant: simulq; cum eis florenti-  
ni et senenses timent: certitudo nulla est quid tandem rex intendant. Comes iaco-  
bus piccinus cum exercitu circiter duorum milium belatozum exiturus bellū  
fertur. Territat ecclesiam simulq; senenses: cum se contra sigismundū malectē  
profecturum minas. Arsini et comes euersus adhuc inter se litigant. Cardinalis  
de vrsinis iam pluribus diebus e curia recessit: ventus ne quid sibi sinistra accide-  
ret: cum papa exercitum misisset aduersus fratres eius. Hunc rex aragonum et  
sinorum familiam in suam protectionē recepisse fertur. Timor est ne romanus  
ager nouis inuoluat litibus. Missus est cardinalis sancti marci ex parte collegi  
ad ipsum dominum de vrsinis vt si possibile est controuersie componant. Dominus  
noster sanctissimus iterum duas galeas cū pecunia ad legatū mittit in orientem  
facit pius pater quod pot. sed relinquit a principibus nec solus potest tanti belli  
molem sufferre. Impator thurcorū contra mithelena missurus classem fertur non  
modicam: sed dñs insule spe legati fretus et auxilio genuensius nauale bellum in-  
stupidus manet. In albania dicunt scanderberchium magnalia perpetrare contra  
thurcos. Quod si verum est melius tua paternitas reuerendissima que per id te-  
poris spe fuit exploratū habuit. Cupio vt tandē redess nec velis trienniu com-  
plere nisi principes contra thurcos excitari posse cōfidis. Recōmendo me digna-  
tioni tue ad eius mandata semper paratum. Ex roma die. xj. septembris. Anno  
domini. M. cccclviij.

Deit auxiliis eē vt p̄mōtiones impetrent. Epistola. cccviij.

**A**reas cardinalis senensis Nicolao listio. S. p. d. Grate fuerūt nobis lit-  
tere tue quibus germanica negotia nobis significasti vtrina melius serere  
haberent. Sed serenda sunt que nobis tempora danf. Faxit deus vt pun-  
ctes illi vestri aliquando cōcordes sint: ne qui sunt sanguine proximi odio disun-  
gant. Gaudemus procopium conualuisse et nostri memorem esse. Cupimus nos  
sue magnificentie sepius efficias cōmēdatos. Scribimus regie maiestati et sibi de  
litteris necessarijs ad obtinendā ecclesiam varinien. Rogamus in ea re tuo more  
sis vigil. Et ita efficias quē admodū henricus senfeben expetierit qui pditiones  
illius patrie nouit: et noster est fidelissimus amicus. Ab eo scies que sunt bic noua  
fluctuamus et nos more bonium nauigantiū. Frater tuus vulterras reperit

Italia multis in locis peste laborat: sed potissime serua. Nam que bello afflictata fuit  
7 caritate amone: nunc quod tertium erat morbo languet. Vale 7 nobis se-  
pius scribe. Datuz rome die. xj. septembus. Anno dñi. M. ccc. vij.

Dollice pecuniã cõcedere  
pro redimendis litteris.

## Epistola. ccxcvij.

**A**lbas cardinalis senensis Alrico ridrer. S. p. dicit. Recepimus litteras  
tuas quas reddidit nobis iacobus imperatorie maiestatis nuncius. Agi-  
mus tibi gratias pro litteris scriptis in facto ecclesie varinien. Scimus  
enim te eas dictasse 7 expediti fecisse. Nunc opus est vt alias iterum expediti fa-  
cias ad serenissimum regem p olonie 7 alios prout opus fuerit: latius te adino-  
nabit procurator noster quem statim mittemus ad possessionem capiendaz. Su-  
per facto laurionen. expediuimus litteras iuxta desiderium maiestatis impera-  
tozie: quas ipse iacobus secum apportabit. Rogauit enim nos vt concederem<sup>9</sup>  
sibi pecunias. Concessimus primo. sex aureos. Et deinde iterum rogauit nos vt  
alias sibi pecunias mutuaemus pro reditu necessarias. Fecimus sibi illas per  
bancum cõcedi. Et obligauimus nos pro eo intuitu maiestatis imperatozie cui  
debemus omnia. Voluissim<sup>9</sup> q ipse habuisset aliqua scripta vel maiestatis eius-  
dem vel tua. Libentius sibi subuenissim<sup>9</sup>: ramen quia nuncius imperatois: no-  
luimus eum derelinquere sicut ab eo intelliges. Rogamus des operam cum eo  
post q̄ redierit vt nobis satisfaciãt. Intelleximus de dispensatione tua: erimus  
cum corectore: 7 videbimus quid faciendum sit: scito q littere nulle possunt ob-  
tineri gratis ab isto papa: nisi pro persona imperatois. Si vis q exponamus pe-  
cunias pro te scribe nobis 7 libenter id faciemus: quibus pauperes simus: aduc  
ramen pro te inuenimus centum aureos cum opus fuerit. Habebis cum presen-  
tibus litteras ad Johannem binderbachiu. Rogamus eas sibi mittas vbicũq̄  
fuerit. Et nos sublimitati imperatozie cõmendes ad cuius mandata paratissimi  
sumus. Et vrb die. xj. septembus. Anno. M. ccc. vij.

Significat cõcordiã factã 7 extorat au-  
silio ee p possessione ecclie assequeda.

## Epistola. ccxcviij.

**A**lbas cardinalis senensis Johann binderbachio. S. p. dicit. Laborau-  
imus diu tui causa aduersus aduersariu tuum super prebẽda ratispanen.  
7 deinde peperimus tibi pacem. Obtinuimus namq̄ prebendam prouisi  
ratispanen. dari domino burmanno vt tibi quies esset. Et ita factum est. Hoc scri-  
bimus ad consolationem tuam. Rogamus vt nos imperatozie maiestati cõme-  
des 7 iuues nos ad possessionem habendam ecclesie varinien. Vale optime. Et  
roma die. xj. septembus. Anno. M. ccc. vij.

Credentiarũ littere.

## Epistola. ccxcix.

**A**lbas cardinalis senensis Ludouico bavarie duci. S. p. dicit. Veniet ad  
excellentiã tuã venerabilis vir benricus 7 aliqua nostro nomine refe-  
ret. Cui rogamus vt plenam credentie fidem prestare velis. Et in his que  
vice nostra pctent benignũ impertiri fauorem quem admodum de tua erga nos  
cõaritate plene confidimus. Ab eo etiam scies negociũ ecclesie ratispanen. pro  
tuo desiderio expeditum esse. In qua re fecimus quod vires nostre potuere vt bo-  
noni tuo satisficeret. Et Roma die vndecima septembus. Anno domini. M.  
ccc. vij.

Littere cōmendatorie.

**A**lneas cardinalis senen. Ludouico duci bavarie. S. p. d. Sigismūd? scrib-  
 tel bone indolis adolcēs p̄mus buc venit in causa ecclie ratifpanen. Di-  
 musq; f̄as tuas nobis reddidit. Iustitit vien noctuq; diligentissime labo-  
 rans vt desiderio tuo satisfieret. Cū res sit ad votū expedita dignus est qui digno  
 fauore tractet. Rogamus igit vt ruperio administratori ratifpanen. consangu-  
 neo tuo cū cōmendare velis: atq; ita efficere vt de p̄mo beneficio vacaturo 7 cō-  
 uenienti: sibi omnino prouideat. Reddes enim mercedē condignam suis labori-  
 bus: 7 nobis singularē cōplacentiā facies: qui eum iam pridem nouim? 7 p̄ sua  
 virtute dilectimus. Datū rome die. xj. septēbris. Anno dñi. M. cccc. lviij.

Cōtra negātes auctoritatē sumi  
 pontificis a xp̄o institutā esse.

**A**lneas cardinalis senensis Martino mayer. S. p. d. Sunt nōnulli natio-  
 nis tue hoies parū pensī habētcs: q̄bus romani pōtificis auctoritas neq;  
 necessaria esse vidēt neq; a xp̄o instituta. Cōtra quos hāc eplam scribere  
 7 tibi trāsmittere decreuim? vt si qñ tales homines te adierint: babeas ex nobis  
 quo gladio eoz temeritatē cōfodias. Nā qñ eos nō solū scripta iura reuellunt 7  
 auctoritas ecclie longe lateq; diffusa: sed ipsa q̄z naturalis rō eis aduersa est: que  
 lex nature immobilis 7 inuariabilis adeo fixa est: vt neq; ep̄icbeia serat. Audi ergo  
 quo modo istos reuincimus: reuiclimus: p̄sternimus: cū xp̄ianis nobis q̄stio ē  
 qui euangeliū recipiūt 7 xp̄m filiū dei p̄ nostra salute in carnatū 7 passum fatent.  
 Hi nobis haud quaq; negabunt sacramenta in ecclia ab ipso filio dei instituta: q̄-  
 bus ad salutē nostram vtinur: baptismi: confirmationis: eucharistie: penitentie  
 ordinis: matrimonij 7 vnctionis extremi: quoz vnū quod est principalissimum  
 scz ordinis alioz duoz que potissima esse vident: eucharistie ac penitentie myste-  
 riū in se continet. Nā sacerdotēs hac potissimū cā sunt instituti. vt purgantes p̄  
 penitentiā hoies a peccatis suis 7 in gratiā dei redeites: idoneos faciant ad cor-  
 pus xp̄i participandū. Deinde corpus xp̄i consecrantes illud eis administrant.  
 Eadem aut natura ita cōpatū esse vt ois ptās que ad p̄ncipalē aliq̄ ordinata  
 est effectū: inferiores ordines sibi subseruientes habeat qd̄ maxime in artib? appa-  
 ret. Nam arti que formā materialē inducit alie subseruiūt que materiā disponūt  
 Et rursus ars illa que formam inducit alteri seruit ad quā pertinet finis perfecti  
 operis. Nam qui ligna cedit arti nauifaciue deseruit. Et hec rursus gubernato-  
 rie illa vō militari vel icono mice quē admodū ad diuersos ordinans fines. Cū q;  
 potestas ordinis in eum finem constituta sit vt purgatis hominibus corpus xp̄i  
 ministret palam est inferiores ordines ei deseriue: ea p̄parantes que ad hoc op̄  
 necessaria sunt. Et infimi quidem ordines sacerdotali deseruiunt populū prepa-  
 rantes. Ostiarij quidem arcendo infideles a cctu fiddiū. Lectores instruendo ca-  
 thecuminos elementa fidei tradentes: propter quod eis scriptura veteris testa-  
 menti legenda cōmittit. Exorciste vō eos purgant qui per demōnoz verationes  
 a sacramentoz perceptione impediunt. Atq; ita hi tres ordines disponendi po-  
 puli curā habent. Est 7 quart? accolitoz ordo: cui vasa nō sacra credita sunt in q̄  
 bus sacramenti materia p̄parat. Subdiaconi vō ministeriū habent sup vasa sa-  
 cra 7 sup dispositione materie nondū consecrate. Diaconi vō vltierius procedūt:  
 administrant em̄ atq; contingūt materiā iam consecratā xp̄i sanguinem populo  
 dispensantes. Subseruiunt autem hi ordines sacerdotali etiam p̄paratione po-  
 puli. Nam diaconibus cōmittit euāgelica doctrina p̄paranda populo. Subdia-  
 conibus epistola. Accolitis luminis cōmissa est cura. quod ad solēnitatē doctri-  
 ne proculdubio pertinet. Atq; ita hi sex ordines ad septimū referunt qui sacra-  
 mentalis appellat. Et cū ordinū hoz collatio cū sacramento quodā p̄ficiat. sacra-  
 menta aut ecclie dispēsatores recūnt idoneos: necessariū est supiōrē aliquant

ptatem esse in ecclesia altioris ministerij que ordinis sacramenta dispensent. **Hanc**  
aut maiores nostri epalem appellauerunt: que quis in consecratione corporis xpi sa-  
cerdotalis ptas ab epali diuina. Et q sunt ardua circa populi cura epis referua-  
tur. Nec sacerdotes ipsi du corp? xpi coficiunt reb? alijs vtunt q? p epm consecratis  
vt altari calice vestib?. Est igit manifestu summa regiminis qd in populo xpiano  
gen? ad epale ptinere ptatem. Veru quis populi p diuersas dioceces ac ciuita-  
tes distinguant: sicut tn vna est ecclia sponsa xpi: ita z vnu oportet esse populum  
xpianu. Et sicut in vno iplo spali vnus requirit ep? ad que summa rei desera: ita  
z in toto populo xpiano pnceps vnus est vnu ee ton? ecclie caput: vnu pceptoz  
atq? magistrū ad que maria queq? z difficultia referant. Eūq; ad vnitatem ecclie con-  
seruadā illud potissimū requirat vt vna sit oiu? fides: circa ea vō q fidei sūt que-  
siones varias suborin cōtingat: vnu esse principē vnuq; caput oportet z supmū  
iudicē qui qstiones ipas dissoluat. Alioquin sniarum diuersitas ecclie ipaz di-  
uideret atq; solueret vnitatem. Quēadmodū factū eē videm? ante psiliū nycnum  
dū sibi qsq; viuebat z ad romanā eccliam puus habebat respectus. Et nos quidē  
palā videmus oēs qui tempestate nostra pegrina inuenerint dogmata: z errores  
pdicāt illud in primis sibi vsurpare vt romane ecclie auctoritatē z pncipatum  
distineant. At cū xps deus n? spōsam suā eccliam tā seruētī amore dilexerit vt san-  
guinē suū p ea effuderit crucis tormētū pessus. Nequaquē credendū est eū in his  
que necessaria sunt ecclie nō oportune cōsuluisse: cū de synagoga p ysaiam dicat  
quid vltra facere debui vinee mee z non feci. Ita q; cum necesse sit ad pfectū regi-  
men vnu pesse a quo ceteri dependant: minime dubitandū est quin ex ordinatio-  
ne xpi vnus ecclie presit. Et nōs hūc romanū psulē appellamus: vulgus papam  
nominat. Insup cum ecclie regimē ab eo institutum sit p que reges regnant z  
legis conditores iusta decernūt: non est ambigendū quin ecclie regimē optime  
sit ordinatū. Optimū aut multitudinis regimē illud est quod ab vno regit. Id  
aut ex fine patet. Nā finis optimi regiminis pax est z vnitās subditoꝝ. Vnitates  
aut que pacis est nutriti nemo dubitauerit longē meli? ab vno seruari q? a plurib?  
Vnus enim dignitatē cōgruit. Ob quā rē nō est ambiguum quin ecclie regimini  
tāq? optimo psit vnus. Huc accedit qd in apocalipsi iobannes ait se scz vidisse  
hierusalem descendētē de celo. Et moysi mandatū est vt omnia faceret fm exem-  
plar ei monstratū in monte. Quibus ex verbis quid aliud colligim? q? militantē  
in terris eccliam: instar esse triūphantis ecclie in celo. At cū in illa vnus sit do-  
minus dicente eodem iobanne rursus in apocalipsi: ipsi populus eius erūt: z ipē  
deus cum eis erit eoꝝ deus. Quis non intelligit ecclie militantis vnu esse prin-  
cipem oportere. Recte igit ofsee primo scriptum est. Cōgregabunt filij iuda z filij  
israhel pariter z ponent sibi met caput vnu. Dñs quoq; apud iobannē ait. Fiet  
vnum ouile z vnus pastor. Et ad ephesios doctor gentium paulus. Solliciti inqt  
sitis serua re vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnu corpus z vnus spūs sicut vo-  
cati estis vna spe vocationis vestre. Vnus dñs: vna fides: vnu baptisma: vnus  
deus. Sed dices fortasse vnū caput: z vnus pastor ecclie xps est qui est vnus et  
vnu? ecclie sponus: z hic cuncta gubernat: nec opus est aliū addibere pastorem.  
Vana est argumētatio tua. Nam cū omnia ecclesiastica sacramenta xps ipē psit  
dat. Ipse est enim qui baptizat: z peccata dimittit: ipse enim verus sacerdos  
qui sese obtulit in ara crucis: z cuius virtute corp? eius quotidie psecrat: possim?  
dicere minime necessarios sacerdotes quod quate sit absurditas nequaquē te later  
Scim? em xpm cū ex hoc mundo trāsiturus esset ad patrē: cū corpore affuturus  
erat: elegisse ministros p quos sacramēta fidelibus dispensaret. Eadē em ratione  
necessariū fuit aliquē eligere cui vniuersalis ecclie curam cōmitteret quod fecit  
Dixit enim petro ante ascensionē suam. Pasce oues meas z ante passionē tu in-  
terim cōfirma fratres tuos. Et rursus petro ait. Tibi dabo clauēs regni celoz.

Quibus verbis palā ostendit potestātē clauū p̄ petrū ad alios diriuandā vt ec-  
 clesie seruares vnitās. Nec fas ē dicere hāc dignitatē petro datā ad successores  
 eius non diriuari. Mā x̄ps ecclesiaz vsq; ad finē seculi duraturā instituit s̄m illud  
 ysaie. ix. capitulo. Sup solū dauid ⁊ sup regnū eius sedebit ⁊ p̄firmet ⁊ corrob-  
 oret in iudicio ⁊ iusticia amodo ⁊ vsq; in sempiternū. Mā ptās apud eos q̄ cū x̄po  
 vicereita instituta est vt ad posteros diriuaret pro vnitāte ecclesie vsq; ad finem  
 seculi. Et hoc est qd̄ ipse saluator ait Math. vltimo. Ego vobiscū sum vsq; ad cō-  
 summationē seculi. Itaq; liquet vnū esse p̄tice qui p̄sist ecclesie vniuerse. Et h̄  
 post x̄m petrus fuit: illo aut̄ vita functo successores eius vsq; ad calixtū terciū  
 x̄pi vicariatū tenuere. Nec p̄t̄ dici aliā quēpiā ecclesiā hoc progatiū gaudere.  
 Nec ipsa quidē hierosolomitana in qua fuit officina nostre salutis: ⁊ cui iacobus  
 frater d̄ni magnus p̄fuit ap̄tus. Nam x̄ps cum vicariū suū petrū elegit: ei loco  
 hanc dignitatē concessit quem petrus ipse suo sanguine cōsecraret. Hierosolo-  
 mitanā autē ecclesiam quāuis nycena synodus ab omnib; bono orandā esse volue-  
 rit salū tamen esse decrevit ius cesaree palestine: que tunc eius erat metropolis  
 Romāna igit̄ ecclesia vt sacri canones aiunt caput omnīū est: que p̄ncipis apo-  
 stolor; ⁊ doctoz gentiū sanguine dedicata ibi apud se celeste regnū habere me-  
 ruit: vbi terrenū vsq; ad summū creuerat imperiū. Nam sicut romulus ⁊ rem;  
 initiū ibi mortalīs imperij fecere: ita petrus ⁊ paulus celeste regnū fundauerē.

Preconisat scripta eius.

## Epistola. cccij.

**Q**ueas cardinalis senensis. Epo oneteñ. S. p. d. Litteris tuis ⁊ letati ⁊ ob-  
 lectati sum; . Letati quidē q̄ tempora nostra claris florere ingenijs ⁊ vim  
 eloquētie passim crescere atq; ad exteras penetrare nationes animadu-  
 erimus. Oblectati autem q̄ in epistola tua multū lepous: multūq; salis inuenim;  
 Et cū omnia que scribis grauiā dignaq; philosopho proculdubio sint: tum nobis  
 illud p̄cipuā quāndā exhibuit voluptatē: q̄ in exemplis icero ⁊ moyse quibus  
 impugnantibus: quasi armaturis tuis quib; ⁊ defēdereris ⁊ aduersariū tuū fer-  
 res vti nouisti. Est enī simile hoc illi quod de virgilio legitur; qui cū crimini sibi da-  
 ret: q̄ bomeri versus operi insereret sup. At hoc inquit quod vituperatis laude  
 p̄cipuā dignum est: tanq; ego clauam ex manu herculis arripuerim. Vocitidem  
 ⁊ nos de tuo ingenio dicimus. Verge igit̄ ⁊ florentes doquij tui vircs sepe exer-  
 ce. Sic enim erit inter disertos oratores nō vulgare nomen tuū. Vale quanti es.  
 Ex vrbe tercio octobris. Anno d̄ni. M. cccc. viij.

Ex humilitate se indignū  
 cardinalatu confert.

## Epistola. cccij.

**Q**ueas cardinalis senen; . Leodrisio cribello. S. p. d. Affecerunt nos baud  
 modica voluptate prestans vir ⁊ amice singularis littere tue quas ex me-  
 diolano. xvij. kl. septembas ad nos scripsisti legimus iohannis crisostomi  
 eplam: quam ex atbica romanā fecisti. Melicōbamus te ante greci sermonis gra-  
 rum esse: prius translationē hanc vidimus q̄ te grece doctum audirem;. Tanto  
 te magis extinamus quanto magis est duas linguas q̄ vnā nosse. Non est no-  
 bis iudicium de t̄ecis. At quod latine scriptū est ex greco versum: si quid est qd̄  
 sentimus admodū laudabile est: r̄ersum: suauē: nitidum. Gaudemus te huic do-  
 ctine profectum vt laudari ab omnibus tua scripta debeant. At quod de nobis  
 iudicium facis. Longe maius est q̄ nostra epigant merita: noscimus nos ipsos nec  
 fallimur cum laudamur. Nō ad cardinalatū euecti sumus diuine miserationis est  
 non nostre virtutis. Nec omnia consilia dei humana p̄t̄ inuestigare cogitatio.  
 Sepe ad nostraz ruinā tendūt que nos quasi felicia vel cupimus vel admiramur  
 Necq; dignitas cardinaliū tantū in se boni habet quantū p̄ se ferre videt: ⁊ qui-  
 dem nobis qui tante glorie impares sumus instar est potius miserie q̄ felicitatis  
 Itaq; probe ad nos epistolā de exilio militis misisti vt solamen nostre calamitati

afferres aliquid: egemus enim cōsolatione nō parua. Nam sicut p̄stantissimi patres  
inter viles exulant boies: itaq; 7 ignari nostriq; similes quasi a patria fugati sunt  
cum cetui admiscerent probatissimoz: Idq; nobis accidit in sacri collegii accersis-  
is in quo trementes viuimus. Faxit deus vt si non implemus opinionones homi-  
num: at saltē ne confundamus eos qui de nobis bona predicant. Viri prestantes  
7 tuo nostro singulares Nicolaus arcemboldus 7 scena coxertensis dum nos com-  
mendant faciunt magis quod se decet q̄ quod meremur. Stephanus cacia no-  
uaricē. ad quē scribebas diez obiit. Nos loco suo tuas legimus litteras. Amauit  
te ille 7 amat proculdubio in paradiso viuens. Non enim perit aia cum a corpore  
abit: neq; viri boni 7 stephano pares ad inferos migrant: dum satis fungunt: sed  
recta via celum petunt ei seruituri: eoq; fruituri a quo receperunt esse. Et vbe ro-  
mana die. xxij. octobris. Anno dñi. M. cccclvij.

Spondet cōmendato p̄ficere.

## Epistola. ccciiij.

**A**neas cardinalis senen̄. Nicolao arimboldo. S. p. d. Mille annis si ta-  
cuissis nihil ad me aut de me scribens: nihil tñ de nostro erga te amore di-  
minuissim. Neq; enim nos latet quocūq; in statu simus nos caros esse 7  
amatos in mentetua. Accepim⁹ modo litteras tuas quibus amicū comariū no-  
bis cōmendas. Erit nobis cure causa sua: 7 inuestiget si opus fuerit tuas cōmēda-  
tiones sibi fuisse vtilis. Hic cardinalatus quē sine vllis meritis cōsecuti sumus:  
nulla in re nobis voluptati est: nisi vt aliquādo prodesse possim⁹ amicis nostris  
inter quos tua probitas p̄cipuū habet locum. Quā est igit vt opera nostra cō-  
fidenter vtaris. Cupimus tibi consortiq; 7 liberis bene esse. Vale optime: 7 nos  
quando facultas sese exhibet domiūo duci cōmendatos effice. Ex roma die. xxij.  
octobris. Anno. M. cccclvij.

Leodrisius crebellus ad cneā filiū cardi-  
nalē senen̄. in eplam iobis crisostomi. plog⁹.

## Epistola. cccv.

**H**oc patrem reuerentia cultuq; dignissimū dñm cneam filiū episcopum se-  
nensem 7 sacrasancte romane ecclesie presbyterum cardinalē benemeri-  
tissimum leodrisius crebellus. S. p. d. Existimo dignissime presul inge-  
ntem iam esse litterarū acervum: earum quē ex omni italia germaniaq; 7 ab opti-  
mo quoq; viro studio congratulandi per hos menses ad tuam dignitatē sunt cō-  
scripte. Et quis virtutes alias: alia merita: spes etiam in futurum vberiores sin-  
gillatim 7 facile 7 vere: ex magna copia vt cuiusq; animus tulit (etsi non iisdem  
verbis) annotauerit: candem tamen scilicet eandemq; voluptatē videre videor  
omnes imitatos esse. Quo numero cū 7 ipse fuerimq; amplitudine tua nō ab in-  
genio meo vires capiēs: statui impresentiarū: nouo ac diuerso scemate felicitatē  
tibi tuā 7 diuine maiestatis. pitū numen ante oculos ponere. Hec est epistola io-  
bannis crisostomi: qui cū ex pontificali throno suo pulsus 7 exilio damnatus eēt  
amicisq; exinde sui seq; scitatis 7 eloquiū diuini cultores merore 7 cruciatib⁹ affi-  
cerent: ad ariaciū ep̄m 7 ipm exilio dānatū hāc eplam luctus 7 miseriarū primo:  
deinde consolationis plenā scripsit. Quā ego dñi e greca latinā fecissim statui p̄stā-  
tissime dignitati tue: ea potissimū cā dare: vt intelligas quāto meliore conditione te  
cū diuina pietas agat. Illū enim virū sapiētia 7 scitate priariū: inimicorū fraus po-  
tētiaq; p̄cussundedit: tu oiyz ad exercantiū iudiciā mirabili ingenio 7 vite cādoze su-  
passi. Ille ex p̄ria crudelitē pulsus ē: tu a remotisq; regionib⁹. Quis ibi etiā felicis vege-  
res felicis tñ in p̄riaz es reuocat⁹. Ille de throno suo elect⁹ ē: tu ad maiore sublima-  
tus es. Illi⁹ ruina suos oēs miserabili calamitate inuoluit: tuā vō felicitas tū cete-  
ris oib⁹ amicis 7 diētib⁹ tuis: tū mibi maxime pbennis leticie mām p̄buit. Itaq;  
leges hec diui crisostomi scripta non ingratis oculis. Sed ita tamen vt scribētis  
grauitas interpretis nouitate nō ledat. Quā vō reuerēdissimā paternitatē diuissi-  
me dñi valere p̄cab⁹ p̄cor: cuius gra uissimi p̄cones: nicola⁹ arcemboldus 7 scena

curtensis non in hoc clarissimo senatu tñ sed in omni italia pumarj viri eidem sese sumo affectu comendant. Mediolani. xvj. kl. septēbris.

Johannes crisostomi archiepi constantinopolitani in exilio cōstituti ad ciriacum ep̄m 7 ipsum exulem Epistola e greco in latinū tractata a leodisio crebello.

## Epistola. cccvj.

**O**Se rursus exauriā merorem tui vultus 7 dissipabo cogitationes q̄ hanc nubem efficiant. Quid em̄ est q̄ cōtristaris 7 meres: qz grauis est pcella 7 acerbū naufragiū quibus ecclesia p̄turbat. Hec 7 ego scio nec quāq̄ inficiabis. Sed si velis barū tibi rerū imaginē fingam: mare cum videt ab ymo fundo ventis couelli: nautas nō ipos 7 clauis 7 remis man⁹ genibus complicare: 7 ppter tempestatem desperatione deficere: non celū aspicientes: nō pelagus: non aridā: sed p̄ transtra iacētes lamētari 7 flere: atqz bec quidē in mari pueniūt. Hūc autē in nro mari p̄cios tumultus p̄cios etia fluctus: s̄ tu roga dñm nostrū iβelus xpm̄ qui nō arte supat tēpestate: sed sp̄s sancto pcellā dissoluit. Et quis roga ueris neqz exauditus sis ne deficias animo. Hmōi em̄ cōsuetudinē seruat benignus deus: nec em̄ ille tres pueros liberare nō poterat ne in fornacē ignis mittrent: s̄ cū captiui facti eēt 7 in barbaroz regionē deportati: nudati insup p̄na bereditate: 7 ab omnib⁹ derelicti: nibilqz eis reliquū supesset: tū subito xps̄ verus de⁹ repentino miraculo dissipauit ignē. Cū em̄ scōz virtutes ignis nō pferret: exilit foras: 7 quotquot circa fornacē inuenit chaldeoz absumpsit. Ecclesia igit illis iuit fornax: ipi nō creaturā oēm inuocabant visibiliaqz angelos 7 p̄tates atqz ita oia colligētes dicebāt. Hndicate oia opa dñi dñm. Aides vt scōz patiētia 7 ignē 7 rōrē mutauit: 7 tyrannū couertit. Lris em̄ in vniuersum orbē dimissis: magn⁹ inde sydrach misa 7 abdenago. Quātā insu p̄ qzqz acerbā penā imposuit si qs̄ verbū aduersus eos ptulisset: publicē e⁹ tom⁹ oisqz substātia diripiā. He igit dēcto atqz pusillo aio esto. Nā 7 ego cū a ciuitate expellebar nibil boz nō cogitabā sed mecū i se dicebā. Si quidē voluerit: impatrit me exilio dānare dānet. Dñi ē terra 7 plenitudo eius: si mediū secari voluerit. Secet. Isaiā habeo in exemplū. Si in pelag⁹ me p̄ci iubeat: ionā remissor. Si me velit in fornacē mitti: tres pueros habeo hoc p̄ffos. Si me vult feris obicere danielē in fouea leonib⁹ apposītū recordor. Si me lapidare voluerit lapidabit: stephan⁹: mecū est p̄bom artyr. Si caput auferre auferat: habeo iohēz baptistā. Si facultates arripē arripiat: nudus egiui de ventre matris mee 7 nudus reucrear. Hortat me apls̄ dicēs. Verso nā bois de⁹ nō accipit: s̄ si boib⁹ placere xpi seru⁹ nō eēm. Armat me dauid iugēs. Loq̄bar in p̄spectu regū 7 nō cōfundabar. Multa aduersus me p̄ficerūt dicētes me in cōiōnē q̄sdā accepisse postqz iā comedissent. Qd si qdē a me factū ē: deleat nomē meū de libro aploz: neqz scribat i libro si dei orthodoxe. Nā si hmōi q̄piā a me factū sit egeret me xps̄ de regno suo. Si nō marie bec dicētes p̄tendūt: cōdē nēt 7 paulū q̄ cena facta integrā domū baptizauit: p̄dēnēt 7 ipm̄ xpm̄ q̄ postqz ceuasset ap̄lis cōiōnē dedit: p̄dicū me cū muliere iacuisse nudate corpus meū 7 inuenietis mēbroz meoz mortificationē. Verū bec oia liuore impulsū fecerūt. Tu autem valde cōtristaris ciriace frater propterea q̄ bi quib⁹ auctozibus in exiliū pulsi sumus summa fiducia p̄ sozum ambulat stipati satellitū turba. Verū 7 tu rursus diuitē 7 lazarus memoria repete: vtri eoz in presenti seculo afflictionis vtri gaudia cōtingent. Quid illi n̄ occuit paup̄tas nunq̄d velut athleta 7 victor in sinu abzabae deportatus est. Quid autē illi p̄fuere diuites in purpura 7 bysso subp̄tenti vbi lictozes: vbi satellites: vbi in auris frenis equi: vbi parasiti 7 regalis mensa: Nunq̄d tāqz latro ducebat ad inonumentū nudā aiām de mundo efferens 7 exclamat in ani voce. Pater abzabā mitte lazariū vt irriget extremū digitū 7 refrigeret mibi linguā. Oro cū vehementer. Quid patrē vocas abzabam cui⁹ vitam non es imitatus. Ille tomusye cūctis hominib⁹ hospiciū prebuit: tu aut nullius

paupis vnq̄ curā egisti. Non est q̄ luceam? aut desleam? Mas qui tantarū erat  
diuitiarū dñs: aque gutta dignus nō fuit. Cū participē micarū nō faceret paupe  
rem: guttā aque nō recepit. In byeme nō seminauit misericordiā venit estas et  
nō mesuit. Et bec dñi est dispensatio qui ex aduerso statuit pditionē impijs ⁊ ius  
tis retributionē: vt sese respiciāt ⁊ inuicē cognoscant. Tūc etq̄ n̄ qlibet martyr  
ppriū tyrannū cognosceret: ⁊ tyrannū? ppriū martyre quē affligit: s̄ nequaquē bec mea  
verba sunt. Tu audi sapientia dicente. Tūc in multa fiducia stabit iustus in con  
spectu tribulatiōis se. Quēadmodū em̄ viator: in estu pambulās siti q̄ ardēs si lim  
podissimū inuenerit fontē: ⁊ multa correptus fame si ad mēsam omnib⁹ repletas  
cibarijs p̄sederit: p̄bibeat aut a potētiore aliquo mensam attingere aut cibus ve  
sci torq̄bit vebamēti animi dolore: ⁊ affliget qm̄ iuxta fontē cōsederit aque vsus  
neget. Sicut in die iudicij videbit̄ impij exultātes sanctos: a regalīs aut mēse frui  
tione acerbunt ⁊ bona t̄mmodo videntes eoz vsu carebūt. Etēn̄ cū velle deus  
vlcisci adam: fecit e regione paradisi terrā: vt p̄ singulas horas ad illas respiciens  
optatā regionē vnde eriat animi dolore torqueret. Sic ⁊ nos hic inuicē nō con  
gredimur: illic em̄ nullus nos a mutua cōuersatione p̄bibeat. Videbit̄ autē il  
los qui nos in exiliū dederūt quēadmodū lazarus viuēt ⁊ martyres tyrānos suos.  
Ne igit̄ desperaueris sed recordare. p̄bete dicētis: subsannationē hominum  
ne timueritis ⁊ eoz contēptu ne vincamini. Sicut em̄ lana a tinea sic corrodent̄  
⁊ tāq̄ vestis inueterascent. Aduerte aut ⁊ ipsum dñm quēadmodū statim ab  
incunabulis p̄secutionē patit̄: ⁊ in barbarā terrā en̄c̄ is qui mundū cōtinet: exē  
plū nobis factus ne molestē aduersa feram. Memoria repete saluatoris passio  
nē quāta obprobria p̄pter nos sustinuit. Quidā em̄ cū samaritanū vocabāt: qui  
dā vō demoniacū ⁊ gulosum ⁊ pseudo p̄betā. Dicūt em̄. Ecce homo edax ⁊ vini  
potator ⁊ qui in principe demonioꝝ demonia eijcit. Quid aut cū cum ad patibul  
um ducerent. Quid etiā cū aceto ⁊ felle potaret eum. Quid cū caput eius arun  
dine p̄cuterent. Quid insup cū diamidē in durerēt ⁊ spinis eū coronaret ⁊ p̄ciden  
tes eū illuderēt: oēmq̄ in illū cōtumelie speciē exercētes. Cūq̄ circūducerēt illuz  
sanguinariū illi canes: tūc cū nudus ad passionis locū cōduceret. Cūq̄ illum oēs  
deseruissent discipuli: ⁊ vnus quidē ip̄m negauit: alius vō euz pdidit: ceteri fuga  
sele occultaret: ⁊ solus stetit in medio turbe illius: dies em̄ festus tūc oēs congre  
gauerat. tāq̄ maleficiū in medio sceleratoꝝ eū crucifixerūt. Cūq̄ in sepultus pen  
deret. non ante eum a cruce deposuerūt q̄ ip̄m quidā expetit: qm̄ sepultura cum  
ceteris dign⁹ nō videbat̄: cū tamen nullā in eū culpā adinuenissent. Et dixerunt  
q̄ nō resurrexit sed furati sunt eū discipuli eius. Recordare rursus ⁊ ap̄los quē  
admodum omnib⁹ ex locis p̄secutiones patiebant̄ abscondēbant̄ q̄ ciuitates  
cū nō possent in publicū prodire quēadmodū petrus apud simonē coraziū latuit  
⁊ paulus apud venditricē purpure mulierē. Nec em̄ diuitibus fidebāt. Postmo  
dum aut omnia plana facta sunt eis. Tu quoq̄ non tristeris. Audiui em̄ ⁊ ego de  
illo delirante nectario: quē constituit imperatrix in throno q̄ fratres ⁊ virgines  
affligit: qui cōdicare secū noluerunt: multi etiā eoz p̄pter me in carcere mortui sunt  
Etēn̄ sub specie ouis lupus ille figurā ostendit̄ epi. Mechus aut cristit. Sicut  
em̄ mulier adultera est que viuente marito alteri iungit̄: sic ⁊ ip̄e adulter est nō car  
nis sed sp̄s: viuente me ecclesie mee thronū inuasit. Nec em̄ tibi scripsi a syracu  
so cecilie vbi nos regina mandauit exulare. Multe vō tribulationes in via no  
bis acciderūt: at nos nullius curā fecim⁹. Cū aut venissemus in regionē capado  
ciā ⁊ in th̄ auro ceciliā: corree m̄ nobis obue fuerūt: patrū sanctorū viroꝝ: nec so  
lū hi sed ⁊ multitudine monachoz ⁊ virginū imortales lacrimarū fontes effu  
dentū. Flebant cū viderent nos exiliū abeuntes dicebātq̄: secū vtilius solis ra  
dios obscurari q̄ a Iohannis ore silentiū agi. Nec me perturbauerūt ⁊ affligerūt  
cū viderem omnes flentes circa me qui cetera omnia parufeceram. Valde autē  
benigne nos suscepit ep̄us ciuitatis huius multāq̄ in nos charitatē ostendit vt

etiam si possibile eēt thronū suū nobis secessisset nisi nos lege teneremur. Obscuro  
et tua genūa tanquādo obsecror abijce huius mestici delictum p nobis memoriā ha  
bis ad deū. Et h nobis scribas obsecram?

Preconizat scripture ornati.

## Epistola. cccvij.

**E** Meas cardinalis senen. Dogio florētino. S. p. d. Rure vatas pogiaman  
tissime lras tuas accepim? q nobis z iocunditatis z voluptatis fuerūt. Neq  
enim est ali? quisq boium cuius scripta libentius q tua legam? Est enim  
in eis z dicendi ornatus z sine quo sacrificiū veteres fieri noluerūt debiti salis cō  
dimētū. Gauden? te bñ valere. Et inf rusticādū pbilosophari. Utinā z nos par  
vita teneret. Sūt q egreferūt inter rusticos vitā agere ex qbus nihil queāt dice  
re. Nobis aut molestū est inf eos versari quos nihil docere possum? Redet sem  
per discere z ingri voces oibus aurb? inculcari nr̄is. Qu si alterū eligendum  
est: auditores libenti? q̄ doctores ferem? Nā si pueris molestū ē sp̄ audire: qd se  
nes agāt. Poeta insignis in opis sui initio. Scmp ego inqt apditoz tm̄ nūq̄ ne  
rponā veratus toties raua theseide codri. Multi sunt bodie z codri z trasones  
quos audire inuite cogimur z nihil discētes discere. Nos igit te felice dicimus q̄  
spud eos euū traducis q̄ te plane sapientē fatent z audiūt p̄cupide. Nos alio i  
loco fueris idē tibi accidat necesse ē. cui? etiā apud patres nros nomē laudatissi  
mū fuit. Ad oblationes tuas nihil mō respōdem? Cū priorib? lris z quo te loco  
babeam? z q̄les erga te sum? abunde a nobis scriptū fuerit. Credim? te arbitrari  
nos z tibi z tuis eē deditissimos q̄ si eo es aio nihil falleris. Nos oia de te nobis  
p̄uademus. Vale ex vr̄be. xv. kl. decēbris. Anno dñi. M. cccclvij.

Refert nouitates italie.

## Epistola. cccvij.

**E** Meas cardinalis senen. Jobāni cardinali sci angeli. S. p. d. Et buda itez  
lras tuas accipi pater colēdissime. Ex quib? vicia nō cōperto cōuentu au  
strales reges dignationē tuā cū iaurinū venisset retrocessisse. Nō est mihi  
dubiu quodcuq̄ facis optimo p̄silio fieri. Turbines illarū partū nō dñ esse seda  
tos: z publica z priuata causa moleste fero. Sz nouit deus (sine cuius nutu nihil  
agit) quid rei xpiane expediat qd redeas in germaniā pragāq̄ petes z p̄bo z lau  
do. Nō times in re bobemica: credite nihil ego temptabo: fileo z filebo q̄diu vo  
lueris nō tñ a dulabor. Nō sum in opinione tua vt scandalkari teutbones illa in  
re putem. Sz quis mihi nō psuadeas. Nō tñ plus mihi q̄ tibi credo. Cedo z ea  
ptuo ingeniu meū: z vbi nō est rō auctoritati cōsentio. Illud tñ vaticinor. Nūq̄  
vel tua dignatio vel mea paruitas bobemiā ex integro apostolice sedi vnitā vide  
bit. Itq̄ ego vtinā fallar sim vates z inuenciar in hac p̄betia ignauus. De reb?  
nr̄is nihil est qd scribā memoratu dignū. Ur̄ini cū comite euerso sicut beri z nu  
diustercius bello sese agitant. Cōcordia sepe q̄sita nūq̄ inuēta ē. Cardinalis ei?  
familie abest neq̄ se turū rome arbitrat. Aplica pietas eo ē vultu q̄ fuit dñ abijsti  
Prefectus vr̄bis e granissima febre cōualuit. Vicinim? e regno neapolitano cuz  
copijs suis in agrū picentū p̄fec? sigismundo malat esse bellū in unlr: castellaq̄ nō  
nulla ei ademit. Benuēses a regis classe admodū opprimunt. Legat? marchie in  
dies expectat cancellariā intraturus. Que scribā non habeo plura. Cōmēdo me  
reuerēdissime dignationi tue rogās vt si regē hungarie aders. Apud eū cām ee  
desie ince varimien. aduues. Nā is cū rege polonie plurimū p̄t.

Refert grates de rescriptis ma  
tenā scribēdi querens.

## Epistola. cccix.

**D**ogius florētinus Ence cardinali senen. S. p. d. Cū quercrē aliquid epi  
stole argumentū pater z dñe mi reuerēdissime nihil sane occurrebat quod  
aut mea scribere aut tua scire maxime interesset. Et tñ cū scribere cupia  
recurrā ad illud qd te ipsum credere arbitroz: me penit? tuū eē tibiq̄ satisfaciendū  
cupiū: si qua in re mea tibi cura studiq̄ ope diligentia op? eēt: quis bec mea polli

citatio inanis esse videt cū rure habitē vbi nec mihi quidē videoz satisfacere pot-  
 fe: nedū alijs meā operā polliceri. **R**ecessi iā dudū cū familia ab vrbe: dedinandi  
 morbi grā. **U**bi suffultus libris inter hos rusticos aliquid mihi sapere videoz: le-  
 gens tamen sepi? mitigo solitudinē que hoc tpe videt eē salubris: sed legendo as-  
 sequor vt minime videar eē solus sed in pstantissimoz viroz cetū quoz vocib?  
 melior fio: r ab inani appetitu remotior. **V**erū qd in primis scribi oportuit: postre-  
 mū erit. **E**go tibi gratias quātas posuiz maximas p lris qb? mee eple tā eleganf  
 tā humaniter tā amice respōdisti atq; adeo suauit? p beniuole vt ne filio quidē pa-  
 rens alijs tanta charitate ac beniuolentia scribere potuisset. **H**ec scripsi pau cis  
 tecū loquēdi materiā q̄rēs. **N**e forte mea taciturnitate antiq̄ erga me beniuolen-  
